



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Epistola Constantini imperatoris ad ecclesiam Nicomediensem, contra  
Eusebium & Theognium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO  
CHRISTI  
525.ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΩΝΣΤΑΝ-  
ΤΙΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΗΣ ΕΜΠΟΡΙΑΣ ΝΙ-  
ΚΟΜΕΔΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΘΕΙΟΥ, ΚΑΙ ΘΕΟ-  
ΓΝΙΟΥ.Κωνσταντῖνος Αὐγούστος τῆς καθολικῆς  
εκκλησίας Νικομηδίας.ΤΟΝ δε αὐτὸν δὲν οὐλαζόν  
καὶ σωπήσει Χερσὸν ἀκρίων  
ἀπέντε ίσε, ἀχειπτοὶ ἀδελφοί, πα-  
τέρες καὶ γονεῖ.EPISTOLA CONSTAN-  
tini imperatoris ad ecclesiam  
Nicomedensem, contra Eu-  
sibium & Theognium.Constantinus Augustus, catholice  
ecclesia Nicomedensem.OMNES probe nostis, fratres  
dilectissimi, Dominū Deum  
scilicet & saluatorem Christum  
Patrem & Filium esse: Vide reli-  
quum infra apud Gelasium in actis  
Concilii Nicani lib. 3.

## IN

## CONCILIVM NICÆNUM

<sup>a</sup> primum <sup>b</sup> oecumenicum <sup>c</sup> approbatum, <sup>d</sup> trecentorum  
<sup>e</sup> octodecim episcoporum, <sup>f</sup> contra hæreses Arianorum  
<sup>g</sup> & Quartadecimanorum, <sup>h</sup> sub Siluestro pontifice,  
<sup>i</sup> Paulino & Iuliano consulibus.

## NOTÆ.

<sup>a</sup> Concilium.] Hortatu, consilio & auctoritate Siluestri Romani pontificis hæc sacrosancta Synodus indicta, Constantini imperatoris consensu, opera & auxilio congregata fuit, hac ratione: Cum Osiris Cordubensis ad ecclesiæ orientalis turbas, schismata & seditiones componendas in orientem ablegatus, hæreticorum pertinacia impeditus, parum aut nihil efficeret, Alexandri, Osiri, aliorumque episcoporum consilio, per Siluestrum auctoritate pontificia, ob causas prædictas, de quibus infra, Concilii vniuersalis celebratio decernitur. Sed quia episcoporum multitudo ea, quæ ad oecumenicam Synodum celebrandam requiritur, sine imperatoris munificentissimi subfido, consensu & auxilio neque congregari, neque sustentari poterat, Siluestri pontificis hortatu, & Alexandri episcopi epistola, imperator ad consensum & impensas faciendas inductus, literis ad omnes totius orbis episcopos scriptis, locum & tempus habendi Concilii designauit, ibique tempore constituto singuli ut ad sint, rogauit. Hoc est quod Rufinus lib. 10. cap. 1. dicit: Constantinum ex sententia sacerdotum Concilium indixisse: & quod legimus sexta Synodo act. 18. Siluestrum & Constantinum magnam Synodum apud Nicæam congregasse. Idem testatur auctor pontificalis in vita Siluestri. Sozom. lib. 1. cap. 16. Baron. an. 325. num. 13. Bellarm. lib. 1. de Concil. c. 13. Posseuin. in app. sacro, verbo Nicenum

Pontificis  
auctorita-  
te, impera-  
toris con-  
sen-  
su & auxi-  
lio hæc Sy-  
nodus indi-  
cta & con-  
gregata.

Ec iij